Przeworscen. transferre et transportare sub vadio simili et speciali Ducentorum sexaginta florenorum pecuniae monetae currentis polonicae Pro quibus quidem vadio seu vadiis ex quacunque re et causa successerit et successerunt bene quos eidem praedictus recognoscens cum successoribus suis eidem Domino Joanni Bieykowsky vel eius posteris citare permisserit tum a terris districtibus et iuribus suis quibuscunque propriis recedendo a foro competenti renunciando Coram officio praesenti Castren. Premislien. Causa cadat pro se respective Cum successoribus bonisque suis omnibus ultro quo ad rem dictam subiicit et incorporat semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in parere actori consentit pro vadio pro quo citatus est super successoribus et talis fuerit ab officio non recedens re ipsa et inscriptionem praesenti tum quod opus fuerit satisfacere tenebitur et eius posteri tenebuntur Terminum ipsum primum peremptorium metulis (?) subsequentis causae et causarum terminis Nullis modis Colloribus dilationibus ad quietationem maximen evidenter vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori parte tertium maturum allegantibus quibuscunque impedimentis statutis que Constitutionibus laudatis et laudandis differendo prolongando atque excipiendo Tum a edictibus quibuscunque nullas motiones cum applicationibus faciendo non ad causa per sequendo Judicium et partem adeitam (?) Iuris se cum successoribus suis omnibus iuris remediis exceptionibus praesertim bus pen

sionibus abrenunciando suo et suorum successorum sub amissione totius causae ac solutionem vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptioni praesenti et eius contentis satisfacere tum quod necessarium fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Nulla terpossessione obstante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premisliensi feria quarta ipso die festi Sancti Bartholomei apli

Anno domini Millessimo Quingentessimo octuagessimo tertio 24/VIII.
Coram Generosis Alberto Lutoslawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et Causarum officii Judice Dobrogostio Zapolsky Nottario Castren. Premislien. officio et actis praesentibus

Nowosieleczki quietat Brenski

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Premislien. Nobilis Petrus Nowosieleczky dictus Janusz de districtu Belzen. Appellationibus terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis recedendo a foro competenti renuncian. Huic iurisdictioni Castren. Premislien. se cum successoribus actionibus suis omnibus quoad hunc actum attinet incorporan. et subiicien. sacramento et corpore eius puro palam libere ac expresse recognovit Quod a Nobili Joanne Brensky Summam Ducentorum florenorum pecuniae polonicae debiti certi ipsi per eum Coram officio et actis praesentibus Castren. Premislien. recognit

solutis pro die et tempore certo ipsa inscriptione assignat inscript
a certis bonis certis assecurat, totaliter et in effectu recepit et
manualiter levavit, levatamque ad se tulit. Ratione cuius summae
receptionis et levationis eundem Joannem Brendlij et eius suc
cessores de summa praedicta Ducentorum florenorum pecuniae quietat
liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat
in perpetuum. Ipsamque inscriptionem ipsi ab eodem ... nominata
feriam ... actis praesentibus Castren Premisliensis contenta cum
eisdem conditionibus punctis clausulis articulis ...
et in eius contextu serie ... cassat annihilat mortificat obli
terat temporibus aeternis sibi et suis posteritatibus ratione praedictae
inscriptionis silentium imponendo aeternum praesentis sua recognitione me
diante. Quod memoriali firmatum est.

Lanczki donat filio suo

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Premi
sliensibus Nobilis ac Religiosus Jllio Pop Lanczkij in villa Lan
ka sortium suarum heres recedendo ab omni suo proprio foro
iuribus ditionisque competentibus renuncianto huicque iuri eidem
Castren Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus
quo ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo sanus
mente et corpore existens palam libere ac per expressa recognovit
Quia ipse Nobili Hriczko Lanczkij filio suo ob merita
fideliaque servitia facta et voluntatibus quas sibi ad huc tam
praesentibus praestitit et in posterum exhibere paratus est successoribusque

suis Bona sua hereditaria videlicet Duas areas in loco nuncupato
W Lubiecowie in insula vulgariter na Ostrowia in fundo et
hereditate villae Lanka existen cum omni iure dominio
et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinen pertinen
ac heren fructibus censibus proventibus ac utilitatibus generaliter
universis nullis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et sin
gulis in specie comprehensis Jta late longe et circumferenci
aliter prout se eadem areae in suis metis et limitibus extenduntur
Nihil iuris dominii proprietatis ac quorumvis usufructuum et utili
tatum ex eisdem bonis pro se et suis posteris reservando et excipien
sed quemadmodum solus eadem bona tenuit habuit et usu fac
tenus possidebat iam ex nunc dono perpetuo dedit donavit
ac irrevocabiliter resignavit et inscripsit praesentibus dat do
nat irrevocabiliter resignat et inscribit temporibus aeternis
Dando et admittendo eidem et eius posteris iam ex nunc veram
esse praesentium bonorum praedictorum praesentibus ipsi donata et resignata rea
lem intromissionem actualem et pacificam possessionem Et in bonis eisdem
interim dum ad eam acceptandam cum Ministerialis Pallatus Russiae
generali nobilibus venerit datum et admissum esse cum
suis posteris in bonis suis omnibus hereditariis obligat et inscribit
sub damnis tribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali
iuramento per eundem Hriczko vel eius successores taxandis Appre
hensaque huiusmodi corporali intromissione cum actuali et pacifica
possessione Per ipsum Hriczko Lanczkij et eius posteritatem